



## GALLIA

GALLIAM SIC DICTAM PVTANT A  
Galate rege, filio Herculis, qui cōdita urbe Alexia, quā  
posterioris temporibus Iulius Cēsar fregit, in Burgūdia se  
dem collocauit, à quo regio ipsa Galatia nūcupata fuit.  
Romani autem dementes unam syllabam pro Galatia  
Galliam appellauerunt. Alij putant Galliam deriuari à  
gala lacte, quod Galli candidiores essent Hispanis. Di  
stinxerunt autem ueteres Galliam in Cisalpinam, que  
modo uocatur Lombardia, & Transalpinam. Item in  
Togatam & Comatā. Comati Galli nutriebāt pilum,  
Togati detondebāt. Comata diuidebatur in Belgicam,  
Celticam, & Aquitaniam. Celtica uero distincta fuit in  
Lugdunensem & Narbonensem seu Bracatam, quibus  
nostro &uo successerūt Delphinatus, Subaudia, Prouin  
cia & Burgundia. Aquitania tetinuit nomen suum usq;  
ad tēpora nostra. Ad Belgicam uero olim pertinuerūt  
Alsatia, Lotharingia, Neustria, Austrasia Brabantia,  
Flandria, Normandia & Francia.

32

